



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione Editio
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.
Sacramenti ...

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

In Festo Ascensionis Domini.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

IN FESTO ASCENSIONIS DOMINI.

Partitio.

1. De Ascendenti triumpho, nomine & gloria.
2. Adiuncta ascensui Domini.
3. Figura de Ascensione.
4. Ascensionis causa prior humiliatio Christi.
5. Posterior caeli reſeratio.

Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, & sedet à dexteris Dei. Marc. 16.

FIGVRA.

ARCA Noe, postquam quadraginta dierum spatio diluuii aquis, ac tempeſtati- bus circumquaq; fuiſſet agitata, tandem in montibus Armeniae fixa ſtetit. Arca testa- menti cum multo iam tempore in caſtris ſub papilionibus & tentoriis caſtrenſibus habitaſſet, ſummo tandè honore, magnificentia ac pompa in templum Salomonis deducta fuit. Videas porro hodie vtramque hanc ad- impletam. Hodie enim ſacra Ieſu Chriſti humanitas, vera Noe arca, cum quadragin- ta horas in turbulentiffimo paſſionis Ocea- no, vero tormentorum diluuii nataſſet, ac deinde quadraginta diebus in mundi huius mari fluctuaſſet, tandem ſummis caeli mon- tibus requieuit.

Hodie quoque vera illa arca teſtamenti, cum longo tempore, non dico inter Philis- tium, ſed Iudaeos, in agris & deſerto mandi huius ſubiſtiſſet, tandem omni qua fieri po- tuit pompa, ſolennitate, triumpho, ac maie- ſtate non in templum Salomonis, ſed in re- gnum caelorum recepta eſt. atq; hoc vt my- ſteria elucidaretur, oracula vera fuiſſe com- probaretur, ac Prophetas praenuntiaſſe con- ſtaret: *Surge Domine in requiem tuam, tu & ar- ca ſanctificationis tuae. O die glorioſum! diem caelorum reſeratione nobilem! diem Regis*

Eſt. 131.

Regum coronatione inſignem! diem Dei Filii triumpho celebrem! diem aſcenſione Ieſu Chriſti admirabilem! Tu vero Domine, vt digne de his omnibus loquamur, torque mirabilia referamus, Spiritus tui paracliti nobis gratia ſuccurre: tuque glorioſa Dei- para, vnica in huiusmodi Oceano fluctuan- tium cynoſura, tuis nobis hic precibus auxi- liare: idcirco interea dum Angeli & Cheru- bini filio tuo ſymphoniam & laudes decan- tant, noſtras tibi ſalutationes quas conſueui- mus offerremus, magna animi deuotione tibi recitantes

Ave MARIA.

Historici prophani, ſaeculi ſui mirabilium ſecretarii & interpretes, Caſaris orbis terro- ris triumphum recitaturi, quo verborum ſty- lo, quo ſententiarum pondere ac ſplendore eundem expreſſuri ſint, neſciunt. Quis enim non miretur Caſarem hunc ſpoliis & diuitiis onuſtum, victoriis tumidum & quadriga triumphali inuectum, quem quadraginta trahebant elephanti magna pompa & ſolen- nitate Romanum Capitolium ingredien- tem: & Antonium, qui ſubactis variis genti- bus carpento inſedit, cui quatuor leones ad- iuncti erant; Aureliam etiam, qui ceruos ad quadrigam, equorum loco habuit? ſed non minus hodierna die laborantes video ſanctos noſtros Euangelistas in triumpho Ieſu Chriſti, eiſdemque glorioſo in caele- ſtem ciuitatem ingreſſu deſcribendo, qui iam non in Hieruſalem terreſtrem milleſis & vilibus animalibus inuectus, vili plebecu- la ſtipante & populari ſolum applauſu ex- ceptus, ingreditur, ſed caelum empyreum nubib; inſidens & aſcendens ſuperalas ven- torum, Angelis comitatus, & magno cun- ctorum caeli ciuium applauſu & harmonia diuina exceptus: ignorant inquam, quoniam hunc deſcribunt modo, materia vires exupe- rat: duo ex illis nullum omnino verbum de eodem habent, alii non ſiſi verbum atque al- terum, quo myſterium magis tegitur quam panditur, proferunt: *Videntibus illis leuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum, ait Lu- cas: Postquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cae- lum, habet Marcus.*

Triumphus
Rom. Imp.Ingreſſus
Chriſti in
caelum.

Et

Mysteriū Et sane materia adeo sublimis, mysterium ascensionis adeo eminent, resque adeo noua est, ut ad omnes in mirari hanc potius quam describere fas sit, admiratione homines & Angeli stupore defixi demittentem rapitur atque omnes obstupescant. *Viri Galilei quid admiramini aspicientes in caelum? dictum est de hominibus. Angeli vero percussi apud Prophetam, petunt, Quis est iste qui uenit in Edom, in sanctis Vestibus de Bosra. Et omnes mundi incolae exclamant, Domine Domine noster quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra: quoniam eleuata est magnificentia tua super caelos.*

Ascensio dicta est admirabilis. Atque ideo Ecclesia vota sua ad Deum transmittens, & praecipua sponsi sui facinora recensens, perque maxima mysteria illum coniuans, de ascensione dum loquitur, admirabilem illam pra alii appellat. Cum enim dixerit: *Per natiuitatem tuam, per crucem & passionem tuam, per mortem & sepulturam tuam, per sanctam resurrectionem tuam, te rogamus, quam primum nouo loquendi more subnectit, per admirabilem ascensionem tuam: quamuis enim natiuitas illius mirabilis, crux & passio nunquam uisa, mors & sepultura noua, resurrectio etiam miraculosa fuerit, sola tamen ascensio dici meruit admirabilis, quasi quid maximum admiratione dignum, atque omnium maxime mirabilem, quae unquam in mundo uisa fuere, aut ab omnipotentiae brachio patrata sunt, compendium.*

In natiuitate illius Angeli caelo descendunt: symphonia caelestis in aerea regione personauit, noua in caelo & nunquam uisa apparere stellae, Reges ab ultimo oriente uenere, pastores e montanis properarunt, ad eum ut Deipara & Ioseph. non parum mirarentur, *Erant mirantes: Maria & Ioseph.* In cruce & passione Solis deliquium factum est, terra tremuit, petrae scissae sunt, & omnes mirari sunt, *ita & miraretur praes.* In resurrectione monumenta aperta, mortui resurrexerunt, angeli apparuerunt, inferni claustra disrupta sunt, diaboli colligati, atque idcirco Apostoli obstupere, *Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus pra gaudio.* At in die Ascensionis maiora etiam miracula apparere, uisimus corpus per aerem ludere, caeli ianuam referari, angelos loqui hominibus, mor-

tem in vitam commutari, paradisi haereditatem cerni, hominem Deum fieri ac potestatem in caelos & in terram accipere, *Dicitur mihi potestas in caelo, & in terra: uidimus illum & elementa transcendere, planetarum orbem transgredi, caelos penetrasse, uita Seraphinorum gloriam euectum, & in dextera Dei Patris confedisse, & sedere a dextera Dei. Quando & ubi rot tantaque mirabilia uisa sunt.*

Atque hanc ob causam factum est, ut Dei Filius, mundi saluator, qui toto uita tempore a natiuitatis initio ad mortem usque, & etiam postea, alio dici noluerit nomine, quam filii hominis, ascendens in caelum, Dominus sit uocatus, *Donec filius hominis a mortuis resur, at, & Filius hominis tradetur, ac deinde, parebit signum filii hominis in nube: & uisus hominis per quem filius hominis tradetur, &c.* Apud Marcum item, *Filius hominis non ueni animas perdere, sed saluare: & apud Lucam: Op ree exaltari filium hominis.* Apud Ioannem & alios locis etiam in die resurrectionis, Angeli non nisi Iesum a Nazareth illum nominant, *I sum quartis Nazarenum.* At in die ascensionis nomen & titulos mutant, Euangelista & Prophetae Dominum illum nuncupant, *Et Dominus quidem Iesus, ait Marcus. Qui ascendit super occasum, Dominus nomen illius, canit Psalmita.* Quasi dicere uideatque uoluerit, caelos uolenter ascensu perire, Angelos triumpho percellere, mortem uictoria captiuam ducere, ad Dei dextram eminentia sua confidere, aliaque huiusmodi mirabilia facinora patrare, non Galilaei alicuius opera sunt, aut simplicis filii hominis, sed absolute cuiusdam Domini & supremi Monarchae, qui caelum terramque imperio suo moderatur, iudicia.

Adeo ut Dominus in natiuitate non nisi uermiculus fuerit, de quo legitur: *Ego sum uermis & non homo, in uita agnus mansuetus, unde Euang. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. in morte innocens ouis. praedixit hoc prophetae, sicut ouis ad occisionem ducetur. In resurrectione leo. Cantat n. Ioan. in Apoc. Vicit eo de tribu Iuda. In ascensione autem aquila quod ex oraculis etiam Prophetis dicitur, Ecce quasi aquila uolabit.*

Ast aquila imperialis, duobus uero in corpore capitibus, id est, duabus in una hypostasi

Marc. ult.

Christus Iesus Dominus dictus ob ascensionem. Matth. 17. Matth. 20. Matth. 24. Luc. 3.

Ioan. 12.

Marc. 16.

Psal. 17.

Psal. 22.

Ioan. 1.

Isai 35.

Apoc. 5.

Jerem. 48.

naturis, creaturarum omnium Rex, vt illa au-
uium; aquila inquam, quæ hodie tam subli-
me euolat, vt nubes transcendat, cælos pe-
netret, soli quæ proxime accedat, & ad omni-
potentis dexteram nidum suum collocet; ita
quippe hoc Iob Propheta prædicit, *Elevabitur aquila, & in arduis ponti nidum suum: n arduis,*
inquam, id est, in mundi summitate; in
arduis, super Angelorum vertices; in arduis,
super Angelorum vertices; in arduis, su-
pra omnes omnino creaturas; in arduis de-
nique ad dextram Dei, non datur ulterius
transseundi ratio, non potuit aliqua hæc euo-
lare sublimius. Ratione aquila huius euolat
etiam Salomon, & ait in prouerbis tria esse,
quæ nec à se, nec ab alio quopiam compre-
hendi possunt, Tria, inquit, mibi sunt diffi-
clia, & quartum penitus igno o, viam aquila in
cælo, viam nauis in medio mari, & viam colubri su-
per petram, & viam viri in adolescentia, vel vt
septuaginta interpretantur, in adolescentula.

Iob 39.

Prou. 30.

Quatuor
Salomon
nequit com-
prehendere.

Quatuor hæc incomprehensibilia; qua-
tuor etiam sublimia fidei mysteria designat,
via viri in adolescentula, mysterium incar-
nationis, quod omnem humanam scientiam
& cognitionem transcendit; colubri repetio
super petram mysterium resurrectionis; ve-
stigia nauis in medio mari, mortis & pas-
sionis Christi; quando velut nauis quædam
prætorica, & gratia & diuitiis onerata, in me-
dio tormentorum & dolorum oceano flu-
ctuauit, nullo indignationis aut impatien-
tiæ vestigio aut nota relicta. At volatus a-
quila in ære mysterium denotat Ascensionis,
quæ inter alia adeo difficilis, rara, noua-
que est, intelligi & comprehendi vt ne-
queat.

Prou. 30.
Salomon
quæstiones
proponit,
quas non
soluit.

Idem quoque Salomon in prouerbis, om-
nibus mundi vniuersitatibus nonnullas
quæstiones difficiles & intricatas exponen-
das proponit; quas tamen nec voluit, nec po-
tuit soluere: dicit enim: *Quis ascendit in cæ-*
lum, atque descendit: quis continuit spiritum in
manibus suis? quis colligauit aquas quasi in Sa-
samento? quis suscitauit omnes terminos terræ?
Eia Salomon, equidem hic tibi exponam, ego te ab omni serupulo liberabo; & tuas
quæstiones dissoluere conabor; ipse Christi-
tus est, ipse enim solus & nullus alius, in ma-

nibus humanitatis nosstræ diuinitatis suæ
magnitudinem, quæ infinitus quidam Spiritus
est, ponere potuit; ipse omnia peccata nos-
tra, quæ per aquas in scriptura designantur,
sub humanæ naturæ vestimento comprehē-
dit, ipse suscitauit, id est, redemit homines si-
mul, & qui longe erant, & qui prope, inter-
mediam rumpens maceriem, ex vtriusque
sibi genus electum constituens: denique ipse
est, qui iam olim cælo descendit, & hodie
mirantibus hominibus, & Regibus im-
primis, ascendit, ait siquidem regius Prophe-
ta; *Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambu-*
las super pennas ventorum.

Mirum est, quibus Scriptura verbis Eliæ
Prophetæ igneis quadrigis per nubes raptus
exprimat; qui adeo mirabilis existit, vt Eli-
sæus, qui rem oculis vidit; rei nouitate fuerit
perculsus. Sed quid hic raptus est, si cum Iesu
Christi ascensione cōferatur: si videamus Re-
gem Regum, peccati, mortis, ac diaboli spoliis
onustum, gloriosum, victorem, & tri-
umphantem super æthereos axes, æternosq;
fornices ascendere? si videamus Deum homi-
nem, & hominem Deum non iam Eliæ
instar in sublime rari, nec ab Angelis instar
Abrahæ euehi, non Enochii in morem, in-
uisibiliter transferri: sed propria virtute su-
per omnes cælestes sphaeras ad summum
vsque cæli empyrei cacumen ascendere. Audi-
te canentem Psalmographum, *Exaltare Do-*
mine in virtute tua.

Hoc Euangelii hodierni materia & tri-
umphus, qui hodie in cælo magno tum ho-
minum, tum Angelorum stupore peragitur,
quem sanctus Marcus quam paucissimis ver-
bis describit, *Et Dominus quidem Iesus post-*
quam locutus est eis, assumptus est in cælum, & se-
det à dextris Dei: quem vt ipse vobis hodie
pro dignitate describam, rem duas in partes
diuidam: prima magnitudinem ac splen-
dorem, & omnes illius circumstantias ex-
ponam; altera causas & rationes tam magni-
fici introitus vobis recensere: atque è duo-
bus hisce punctis totam mysterii ascensionis
essentiam, omniaque illius mirabilia colligere poteris.

Quod ad primum igitur spectat, Dauid
Propheta omnem triumphum huius appa-
rum

Psal. 67. tum prævidens, eiusque particularitates & maiestatem describere satagens, ait: *Currus Dei decem millium multiplex, millialatantium, Dominus in eis in Sinai in sancto, ascendisti in altum, & pium cepisti captivitatem.* En Dei in montem Sinai ad legem veterem Iudæis dandam descensum cum Christi in cœlos ad legem novam & dona Spiritus sancti imperianda ascensum comparat, ac dicere vult, quemadmodum tunc, cum Deus cum maiestate in montem Sinai descenderet, curru decem Angelorum millibus stipato inuectus est, ita quoque cum Christi cœlos ascendit, tanta illum pompa, & magnificentia ascendisse, ut curru triumphali infederit, Angelorum & Seraphinorum multitudine stipatus. Radix enim Hebræa, è qua vox hæc translata, quæ est, *Kabothain*, proprie significat, *Bis decem milia*, at Græcum verbum *μυριάς* decem milia denotat, & vtrumque pro mille millenis sumitur: adeo ut quando Christi curru decem millibus multiplex dicitur, tantundem sit, ac si dicas ab infinita illum cœlestium Spirituum multitudine tractum.

4. Reg. 6. Et mirum hoc nemini videri debet, si enim ad Eliæ conseruationem custodiamque cœlum tot equos & curru igneos emisit, totus ut mons exardescere & plenus equis & curribus fuisse visus sit: de quo scriptum est, *Ecce mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Eliæ*: quanto potiori iure decebat filium ad triumphum honorem & introitus gloriam, magno Angelorum curruum numero stipari:

Psal. 67. Currus Dei decem millibus multiplex.

Currus idolorum varia trahebant animalia. Ethnicis superstitione idololatrica excitati credebant Deorum suorum simulacra à diuersis animalibus trahi: Saturni à serpente, Bacchi à tigris, Neptuni à Delphinis, Solis ab equis, Veneris a columbis. Hæc non nisi inania & fabulosa sunt, ac certum est curru triumphalem Dei nostri ab Angelis trahi, *Currus Dei decem millibus multiplex.*

Angelos autem Seraphinos, Cherubinos, aliosque Spiritus cœlestes, sedes & curru Diuinæ maiestatis esse, docet multis in locis sacra Scriptura, ac præsertim in *Psalms*, *Qui sedes super Cherubim.*

Psal. 79.

Tom. 3. Bessai de Sanctis.

Hoc igitur apparatu ab hoc mundo ad cœ- Terminus
 los transit, huiusque admirabilis ascensionis ascensionis
 terminus fuit cœlum empyreum, quod o- Christi cœlū
 mium cœlorum extremum & altissimum empyreum.
 est, nam post septem planetas firmamentum
 primum mobile & crystallinum, sequitur ex
 omnium Philosophorum & Theologorum
 sententia, cœlum empyreum, Beatorum do-
 micilium, & Iesu Christi ascensionis finis: *Ephes. 4.*
 ait enim Apostolus, *Christus ascendens in al- tum, & ante illum Patres, Ascendisti in altum,* *Psal. 67.*
 vel, ut Tertullianus legit, *Sublimitatem* Et hæc non sine ratione & certo Spiritus sancti instinctu, ut ita plurimæ hæreses confutarentur, asserentes Christum solarem spheram non esse prætergressum, atque hic iter & ascensum terminasse, corpusque suum reliquisse, his potissimum verbis *Psalmistæ* errorem suum stabilientes: *In sole posuit tabernaculum suum;* & sententia illa Redemptoris, *Ego sum lux mundi.* Tales autem fuere Seleuciani, Hermiani Passionistæ, Hermogeniani, atque in primis Manichæi, qui idcirco solem adorabant, atque tortes erroris huius tenebris inuoluti, è creatura Creatoris constituebant, uti tradunt S. Gregorius Nazianzenus, S. Augustinus, S. Leo sermone quarto de natiuitate Saluatoris. Sed docte eleganterque errorem hunc confutarunt Magnus Tertullianus, Gregor. Nazianzenus, Theodorstus libro primo de Hæreticorum fabulis, & Augustinus capite quinquagesimo nono de hæresibus.

Ephes. 4.

Psal. 67.

Psal. 18.

Orat. 15.

Lib. de carne

Christi c. 24.

Verissimum est, & articulus quidam si- Quo die
 dei, Saluatorem mundi hodierna die sum- Christus
 mum cœlorum adiiisse: at quo die & qua ho- cœlum af-
 ra hoc factum sit, non vique adeo certum cenderit.
 est. Constat tamen è Chronologia & sup-
 putatione ætatis Christi, obiisse illi 25. Mar-
 tii, resurrexisse 27. ad cœlum vero ascendisse
 5. Maii, triginta trium annorum & quatuor-
 que mensium cum esset; at quoniam hoc die
 factum sit, controversum est. Credit enim
 Ioannes Chrysostomus sabbathi illum die ad
 cœlos ascendisse: Epiphanius vero, Mer-
 curii, atque ideo veteres Christianos in me-
 moriam Ascensionis Dominicæ ieiunare
 A a con-

consueuisse: at neutrum mihi fit verisimile, aliisque ascendere malo, dicentibus die Iouis illum cœlos petiisse, quod etiam verisimile est. Docet enim Tropologica & Anagogica causa æquum fuisse, aut saltem decorum & consentaneum, eo die piscatores hominum emitti, quo pisces conditi esse traduntur. Atqui primo Iouis mundi die squamari ciues creati fuere, & in maris possessionem abiere.

Pisces die Iouis creati. Aues item. Equum etiam erat, magnam illam aquilam eo die sublimem euolare, quo reliquæ volucrum turbæ volare olim cœpissent: Iouis autem die aues aerem petere & alas mouere volando cœperunt. Ad hæc ratio etiam docebat, magnum illum Dominum eo die exaltandum & sustollendum, quo iam ante deiecerat se ante pedes proditoris Iudæ: atqui hæc omnia die Iouis acciderunt. Denique æquus videbatur, diem illum magno & omnipotenti Deo dedicari, qui à veteribus infami Ioui dedicatus esset. Atque ideo in primitiua Ecclesia factum, vt dies Iouis non minus sanctus esset quam Dominicus, nec eodem, sine piaculo, ieiunare fas erat.

Hora qua Christus in cœlum ascendit. De horam, cum de die constet, disquirendum est Magnus Doctor Augustinus, atque omnes propemodum Patres veteres credunt, meridiem ascensum hunc contigisse, in nixi verbis Psalmi quinquagesimi quinti cuius verba, *Vespere & mane & meridiem narrabo*, exponens Augustinus, hac paraphrasi vsus est, *Vespere Dominus in cruce, mane resurrexit, meridiem in ascensione*, ac deinde prosequens: *Et enarrabo vespere patientiam morientis, annuntiabo mane vitam resurgentis, orabo vt exaudiat meridiem sedens ad dexteram Patris.*

Nonnulli credunt hora tertia pomeridiana illum ascendisse. Verum tamen est nonnullis huic opinioni aduersatos dixisse, hora nona, id est, tertia pomeridiana ad cœlos illum ascendisse; quod eadem illa hora in cruce expirasset, & quamprimum anima egressa inferos adiisset: quin & eadem illa hora primo mundi die Adam è terrestri paradiso eiectus erat. Atque hoc satis probabile videri censeo, certum enim est, eodem die Christum cum Apostolis prandisse, *Nonissem e autem recum? en-*

tibus unde im. apparuit, &c. Atqui prandiam illa ætate apud Iudæos hora sexta, id est, in puncto meridiano sumebatur, verisimile quoque est temporis aliquod spatium elapsum esse, antequam ad montem Oliueti peruenirent, & interea dum illos compelleret, ac supremum valediceret.

III. Quidquid de rei veritate sit, non nisi mera curiositatis sunt & problemata, quæ vtramque in partem disputari possunt, cuiuslibet guræ in die vt arbitrarium sit, quam libuerit sequi: creascensionis dendum tamen certo est, Christum hodie in cœlo cum corpore simul & anima omnia diuinitate ascendisse, ad dextram Dei Patris confedissee. Hac quippe ratione Prophetarum oracula vera fuisse comprobauit, simulque veteres se figuras compleuisset. Ita enim maxima Patrum nostrorum pars affirmat, qui veterum oracula & figuras explicantes, propemodum ad festi huius honorem adaptant. **Hom. 9. in 6. Lenit.** Vterrimus omnium Origenes, alii viam patefaciens, diem hunc gloriosum & triumphantem diei veteris legis comparat, quo summus Pontifex in sancta Sanctorum ingrediebatur, atque conceptum hunc ab Epistolis Paulinis videretur mutuatus: *Habemus Heb. 4. ergo Pontificem, qui penetravit cœlos.*

Magnus Augustinus Sampsonis historiam mystice exponens, ac cum portas vrbs Gadenensis violenter ablatas in montis verticem tulit, ait Iesum Christum verum Sampsonem fuisse, qui inferni cardinibus & claustris effractis, portis ablatas, atque omni potentia illius & simuletiam mortis destructa, ad supremum montis cœlestis cacumen ascendit: *Noster hic Sampson a latu portis, imperioq, inferni & mortis, ascendit in cacumen montis cœlestis.*

Idem Augustinus idem ipsum tropologice exponens, aliam simul figuram producit, & Iacobi peregrinationem in scenam producens ait, quod quemadmodum Patriarcha hic solo baculo instructus aquas Iordanis pertransiit, & in regionem alienam secedens, diues in patriam reuersus est, duos secum populos adducens, atque summa deinde pace perfruitus est, ita Iesus Christus cum aquam

aquam & torrentem passionis crucis baculo instructus pertransiisset, & ad mundi vsque terminum, imo ad inferos vsque inde perigisset, hodie in patriam suam & ad Patrem diues & opulentus duobus populis comitatus reuertitur. Verba sancti Doctoris profert merentur & audiri, *Noster Iacob baculo crucis mundum apprehendit, & cum duobus populis ad Patrem reuertitur triumphans*

Tom. 7.

Aliud quoque exemplum producit Hieronymus, figuram inquam Dauid Goliadam superantis. Nam vt paruulus ille Pastor, animosus tamen, vt qui maxime lapidibus & funda instructus, postquam carneam illam molem ac Philistinorum Ducem, qui omnibus regni Israelitici Principibus dudum insultarat, superasset, magno cum honore, harmonia & gloria à ciuibus Hierosolymitanis exceptus fuit, ita Christus noster, postquam vasta inferni monstra, mortem, peccatum ac Diabolum humanitate nostra indutus, sed potentia singulari deuicisset, hodie victor & ouans Ierusalem coelestem ingressus, magno applausu, canticis & gaudio exceptus est, verborum illius recordor, *Noster Dauid Goliath obruncato in ciuitatem coelestem cum canticis excipitur.*

Hom. 2. Evangel. form. de 4. cen.

S. Gregorius & Cyrillus aliam de Eliae raptu figuram producant, hocque mysterium tractantes dicunt, quemadmodum magnus Propheta non sine miraculo per turbine in curru igneo abreptus fuit, & per aera transectus, ita quoque Christum, magnam Prophetarum Principem nubis ad miraculo coelos penetrasse: vnum tamen discrimen inter utrumque fuit, quod Elias turbine subito abreptus fuerit, Christus vero sua ipsius virtute & omnipotentia in sublime sensim euectus, quo facto homines simul & Angelos, omnemque adeo naturam in admirationem rapuit. Audite illum loquentem, *Elias ascendit per turbine in caelum, &c.*

Beda. & Glos. sa ordinaria.

Venerabilis Beda & Glossa ordinaria figuram arcae foederis producant: sicut enim inquit, arca pretiosum illud mysterium, postquam varia aduisset pericula, nulloque tempore in barbarorum regione commorata es-

set, tandem magna cum maiestate in medio templi Salomonici sub alis Cherubimorum fuit collocata: ita quoque Christus Dominus, cuius sacra humanitas vera foederis arca dici potuit, postquam plura pericula aduisset, quin & vitam amisisset, multoque tempore inter inhumanos atque immites Iudeos habitasset, hodie egressus magno honore ac triumpho in caelum receptus est, & in loco sibi debito collocatus. *Hodie, inquit Beda, arca inferretur in locum suum.*

Mellifluus Bernardus Isaiae Prophetiam *Serm. 10. ex profert, & Messiae nomina ac titulos, quos parui illi Propheta elargitur, paraphrastice exponens ait: Hodie, inquit, ille qui Esa. 9. cum uacutus fuit admirabilis predicans, consiliarius, in miraculis Deus fortis in passione, pater futuri saeculi in resurrectione, ascendens Princeps pacis, suis in perpetua beatitudine.*

Post magnos illos viros ac Doctores meum quoque symbolum huc afferre est animus. Igitur cum video miserum illum crucifixum hodie in aere triumphare: ipse mihi persuadeo, videre me seruum illum, de quo ad Philippenses Apostolus locutus est, *Formam serui accipiens, & habitu inuentus ut homo.* Hodie in libertatem assertum, emancipatum, &

Philipp. 2.

à Patre aeterno super omnes omnino creaturas eleuatum. Hanc eius sortem praedixerat Isaías: *Ecce seruus meus exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit* &c. Verba sunt Patris coelestis de Filio suo, in quantum homi-

Isai. 52.

ne, loquentis ac dicentis, *seruus meus exaltabitur super omnes homines, eleuabitur super omnes coelorum orbis, & sublimis erit* &c. *adorabunt eum omnes Angeli eius.* Addo: Hodie quoque magnum illum peregrinum, de quo apud Lucam

Philipp. 2.

scribitur, *Tu solus peregrinus in Ierusalem: confecto peregrinationis tuae itinere felicem in patriam reuertis.* Docuit me hoc Apostolus ad Ephesios scribens, *Quid est quod ascendit, nisi quod & primum descendit, &c.* O felicem

Luc. 24.

reditum! o beatam ascensionem! Quoniam Apostoli & Prophetae peregrinum hunc ascendisse dicunt: *Ascendit in locum abundantiae & ubertatis, ubi nihil omnino requiritur, Promptuaria illorum plena erunt* &c.

Psal. 134.

ex hoc in illud, ait vnus Propheta. Ascendit in domum delictis & voluptatibus redundantem, *Inebriantur ab ebrietate domus tua, & torrente voluptatis tuae potabis eos.* ait Psalmista. Ascendit in ciuitatem auro stratam, & vndique auro collicentem, *Ipsa ciuitas aurum*

Apoc. 21. mundum. scribitur in Apocalypsi. Ascendit in palatium Regium, in quo tam excellentia tabernacula, totque egregia habitationes, &

Num. 24. mansiones optabiles: Quam pulchra tabernacula tua iacob, & tentoria tua israel? In Numerorum libro legitur. Ascendit in locum, in quo vox lætitiæ & cantica iucunditatis &

Psal. 117. gaudii semper audiuntur: Vox exultationis & salutaris in tabernaculis iustorum: canit Psalter. Ascendit in locum, cuius habitatores beati

Psal. 16. sunt, Beati qui habitant in domo tua: canunt Principes. Ascendit denique in cœlestem illam Ierusalem, quam describit Apostolus,

Gal. 4. Hierusalem qua sursum est libera mater nostra. O felicem ciuitatem! ð patriam vere iucundam! cuius Epithetum est *visio pacis*, cuius situs *in altum*: conditio, libertas, cuiusque plenitudo, charitas, sed iam ad lineam.

Christus soli collatus. Adiungo quoque, Philosophi, hodie verum illum solem cōspici, qui oritur, qui vertitur, qui occidit, deinde eo reuertitur, vbi est ortus: vt in Scriptura legere est, *Oritur*

Ecl. 1. sol, & occidit: sol hic ortus & natus in mundo est, quando carnem humanam induit: toto quo vixit tempore gyrauit: occidit vero, quando mortuus est: per resurrectionem denuo rediit, & hodie per ascensionem ad natiuitatis suæ locum reuertitur. Suffragatur conceptui meo Psalmista dicens:

Psal. 18. A summo caelo egressio eius & occursum eius & sine ad summum eius.

Natalis Comes in Mythologia.

Poetę nugiuendulitradidere iam olim, quod duos heroes Bellerophonem & Perseum celebrarent, illum quod immanem belluam superasset, & fontem Hypocrenes Pegasi equi sui vngula excitasset, ad cœlum euectum: hunc vero quod Medusam occidisset, fortitudine sua meruisse in cœlum recipi, & inter astra collocari. Hoc non nisi fabula est, & gentilitatem sapit: vt Christianum est & verum Christum Redemptorem verum fuisse

Persea, & Bellerophonta: immanibus enim nostris perdomitis, peccatis in quâ & Diabolis, & Medusa, morte scilicet deuicta, & candido humanitatis suæ eoque fonte aquarum viuientium referato (*Haurietis aquas de fontibus saluatoris.*) meruisse hodie cœlo recipi & iuxta Patris dexteram collocari: nemo vero cogiter imaginationes has esse vanas & nullius momēti. Ioann. enim Euangelista in Apocalypsi sua nobis eum Bellerophonem instar, aut equitis generosi equo albo insidentis cui corona datur, describit, *Ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona.* etc.

Et quoniam de monstrorum domitoribus loqui cœpimus, & fabulas recensere: quicumque is fuit, qui in Pindarum commētatus est, refert eodem ille die, quo monstrorum domitor Hercules obiit, Græciæ Principes & Sarrapas collectos, oraculum Delphici Apollinis adiisse, consulturos, quæ afferre mortuo honorem possent, cuius vita adeo celebris & admirabilis extitisset: Respondit Deus, illo eum die vt heroem colendum, sed sequentibus & omni post tempore, vt Deum illum honorandum & adorandum. Scio hoc non nisi paganorum naniæ & ineptias esse: ipsa tamen veritas est, nos, si vera cœlorum oracula, & S. Scripturas consulere voluerimus, vt sciamus quis honos Christo reddendus sit, quem in cruce mori vidimus, vero mundi Herculi monstrorum domitori, qui mortem moriendo destruxit, peccatum extinxit, Diabolum prostravit, quæ tria horrenda & immania monstra, Auditores, in die illum passionis magni & generosi Herois instar honorandum, at impofterum post resurrectionem, & hodie & in sempiternum, vbi viderimus illum ad cœlum conscendere, vt verum Deum adorandum & colendum. Nam hoc pacto ascendere, tanta victoria plaudere, huiusmodi triumphum recipere, Angelos admiratione percellere, super omnes creaturas collocari, naturam stupore defigere, non nisi diuinæ cuiusdam maiestatis est, & ad supremam potestatem imperiumque spectant. Sed plura circa priorem hanc partem non dicam, ne ad

ferun-

Isai. 12.

Apoc. 6. Comment. Pindari.

Mythologia exposita.

secundam minus instructus accedā, ad quam me iam accingo, causas vobis declaraturus: ob quas Redemptor ad cælum secedere terramque deserere voluerit.

IV. **Cur Christus in cælum ascendit.** Nouam igitur hanc materiam vt auspicer, Auditores, notandum, è sexcentis, quæ gloriose huius & admirabilis filii Dei ascensionis dari possent causis, duas inprimis, velut primarias ac præcipuas notari: ob quas æquum, consentaneum, imo necessarium erat illum ab hoc mundo recedere, atque in cælos, gloria cælesti perfructurum, terrenas hæc & corporis miserias pertæsum ascendere. Prima, cum enim se humiliasset, par erat atque oportebat illum exaltari. Ita quippe in Euangelio decretum erat, *Qui se humiliat, exaltabitur.* Rationis huius fundamentum subternit Paulus, dum ait, *Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: prope quod. & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omnes nomina.* O sancta & venerabilis humilitas, quanta tua, tum in cælo, tum in terra vis ac potentia! sustollis qui te consecretantur, deprimis qui te contemnendo deprimunt. Tu primum mobile gloriæ & ascensionis filii Dei, iuxta Apostolum, *Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos.* Dicere volebat, filium Dei cum ascendere in cælos vellet, oportuisse descendere in terram, ac te, ô superbe! viam cælum versus edocere: scilicet priusquam ascendere possis, esse tibi descendendum. Descenderat Christus in terras, imo ad inferos vsque descenderat: æquum igitur erat ad supremum illum locum euolare, ait enim Euangelista, *Assumptus est in cælum.* Solent fontes tantum ascendere, quantum scaturigo & ortus eorum deprimuntur. Christus noster & Prophetis fons appellatur, *Apud eum est fons vitæ, & deinde, Ad Deum fontem vsuunt, & ab alio: In die illa erit fons patens, &c.* Insignis hic fons vsque ad terræ centrum descenderat, necesse igitur erat ad supremum vniuersitatis cacumen, & altissimum mundi gradum illum sustolli. Conceptum hunc confirmat Psalmographus, sed verbis mysticis & allegoricis, *De torrente, in via bibit, propterea exaltabit caput:* perinde ac si diceret,

Ho quod mundi Saluator tam profunde descendit, vt de aquis mortis, & torrente passionis biberit, ideo & glorioso & triumphanti ascensionis suæ die caput exaltabit, cælos ingressus, & Angelorum etiam sedes transgressus. Quod insignibus iam figuris confirmabo.

In Horologio Ezechia: decem lineis sol reuerfus est, ac confectum iter repetiit: quod nunquam visum antea & penitus inauditum. Christus noster, Auditores, lucidus hic sol fuit, qui in naturæ horologio cum à maiestatis suæ magnitudine decem gradibus recessit, nouem Angelorum choris factus inferior, *Mirasti eum paulo minor ab Angelis: ac deinde hominem induens, Verbum caro factum est,* (Ecce decem reuersionis gradus) hodie solitum iter arripiens, ad eandem lineam à qua digressus erat, reuertitur. Audite veritatem, *À summo cælo egressio eius, & occur, us eius usque ad summum eius: iuxta Euangelium, Assumtus est in cælum.*

Iob speculum patientiæ, cum è diuite & opulento, vtpote qui in Scriptura Rex dicitur, cum ad tantas angustias redactus esset, nudus vt in simario recubaret, vlcerosus, fame & vulneribus plenus, & variis intrinsecus repletus miseriis, cum deinde patientia sua inuicta omnem afflictionem, & aduersæ impetus eluderet: ita denique sublimatus est, vt solito factus sit opulentior, & geminato fœnore cuncta illi cælum reddiderit, *Omnia reddita sunt iuxta duplicia.*

Verus Iob fuerat Redemptor noster, qui diues & locuples cum esset, (*Gloria & diuitia in domo eius.*) ad tantam se paupertatem deiecit, vt non habuerit, vbi caput reclinaret, & mori adhæc in cruce nudus debuerit. Sed humilitas & patientia sua ita tandem eum eleuarunt, vt hodie ad cælum ascendat, omniaque illi duplicia sint reddita, gloria corporis & exaltatio nominis. Vnde scriptum, *Gloria & honore coronasti eum &c. Exaltatum est nomen eius solius.* Quod vtrumque amplexus Euangelista ait, *Assumptus est in cælum & sedet à dextris Dei.*

Eheu Domine, cum de fortunæ tuæ mutatione iam agere cœperim, aliud quid de hac dicere:

Christi humilitas exaltationis causa.

Philipp. 2.

Humilitas virtus.

Fontium proprietates.

Psal. 35.

Psal. 14.

Psal. 109.

Ipsal. 8. 4. R. g. 20.

Psal. 8. Ioan. 1.

Psal. 38.

Iob. 23.

Ibid.

Psal. 18.

Psal. 148.

Christus si-
liis prodigo
similis.

Luc. 15.

dicere velim, sed non ausim nisi petita prius à te venia: atq; huic confusus, dicam libere & audacter, vere te illum filium prodigum fuisse, quem Euangelium describit. Tu siquidem cum olim Patris tui cœlestis domum deseruisses, in longinquam mundi huius regionem secessisti, in qua prodige & splendide cum animabus peccatricibus viuendo, omnē substantiam tuam dissipasti, gratias, merita, sanguinem & vitam prodegisti, atque ideo fame pressus in deserto, & præ siti aridus in cruce exclamasti. Sed hodie oculis in cœlum sublatis, ad patriam domum reuertaris, in qua tanto cum honore, voluptate & iubilo exciperis, nihil vt vnquam simile cœlum viderit, vel terra audierit, *Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ.* Nihil hic quam cantus in aere, quam applausus in cœlo, & sanctorum Angelorum acclamationes exaudiuntur. Sed pergamus in figuris, & in Euangelio, *Assumptus est in cœlum & sedet à dextris Dei, &c.*

1. Reg. 17.

Christus
David si-
milis.

David puer cum aduersus Philisthæum configere proposuisset, Regis indutus armis id efficere nequiuisset, sed victoriam iam consecutus, & hoste profligato ad Regem contulit, qui splendidis eum vestibus induit, omnibus illius & virtutem & animum tum mirantibus, tum laudantibus. Factum hoc ascensionem Dominicæ adaptando, dico Christum cœlo ad magnum inferni Goliadam expugnandum descendisse: sed regis diuinitatis armis id præstare nequit, (nam in quantum Deus, mori non poterat) sed victoria in passionis conflictu obtenta, & inimico in monte Caluarie fuso & profligato, idq; crucis baculo, hodierna die ad aulam cœlestem proficiscitur, atque coram Rege Regum regis indutus vestimentis se sedit, mirantibus tam hominibus quam Angelis, eiusque facinora & mirabilia decantantibus, eo quod *assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei.*

Gen. 41.

Ioseph postquam iniquo fratrum molimine diuenditus, inique à nefaria aclasciua Putipharis vxore adulterii accusatus, & in carcerem coniectus esset, tandem Dominus carceris factus est, ianuas incarcerationis aperuit, habitum simul & sortem mutauit, Pharaoni

Regi oblati, ab illo in currum regium euectus, atque vniuersi regni vicarius ac præfectus constitutus, & vulgari Ægyptiorum vocabulo mundi Saluator est nuncupatus: *Fecitq; cum ascendere super currum suum, &c. & vo. aut eum lingua Ægyptiaca Saluatorem mundi.* Quod deus de Psalmista reperens, ait: *Constituit eum dominum domus sue, & principem omnis possessionis sue.* Nemini igitur dubitare fas est, quin Ioseph hic vera Iesu Christi figura fuerit: ipse namque Iosephi instar, à Iudæis, qui fratres illius secundum carnem, diuenditus fuit, ab adulterina Synagoga accusatus & in mortis carcerem coniectus: sed tandem absolutus Dominus factus est, & captiuos ergastulo soluit: *Factus est inter mortuos liber, & captiuam duxit captiuitatem, & hodie curru triumphali inuectus, gloria vestitus coram Patre æterno se sedit, qui illi omnem in cœlo & in terra potestatem dedit: *Da a est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, vultq; illum ab omnibus vt Principem ac mundi Saluatorem agnosci.**

Video mihi, Auditores, cum hæc omnia audio, illum hodie cœli penetrantem & vltra cœli conuexa, ea forma, qua illum olim Ioannes in Apocalypsi vidit ascendentem, videre vultu solis instar rutilante, oculis stellarum ritu micantibus, crinibus vt lana molibus, vestibus niuis instar albicantibus, & zona aurea renes accinctum, iride velut diademate redimitum, pedibus ære durioribus & symbolum hoc insignibus inscriptum habentem: *Rex Regum, & Dominus dominantium.*

O gloria! o triumphe! o admirabilis ascensio! Princeps hic triumphans diabolum constrictum pedibus premit, mors illum pallens ac tremens sequitur, peccatū penitus distractum est, Philosophi conuicti obmutescunt, Reges & Imperatores coronas & sceptrā abiciētes illum supplices adorant, Apostoli vbiq; terrarum triumphum illius diuulgant, & Euangelistæ victorias describunt: *Assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei.*

O rerum vices! o nouitatem inauditam! o factum nouū! Viuat, viuat igitur humilitas, cum huiusmodi triumphus causa sit, cum miserum hunc Galilæum, haud ita pridem in stabulo

Apoc. 1.

scabulo natum, in cruce mortuum, inter latrones cruci affixum, tam sublime euehat, ut aquilones illi in nuncios, sanctos in stipitatores, Angelos in milites tribuat.

O vicissitudinem admirabilem! qui paucis abhinc diebus latronibus proximus fuit, hodie in Dei Patris confidet dextera: corona spinea in coronam gloriæ commutata est: cœli cedunt corpori illi vulnerato, liuido, sanguinolento, adorant Cherubini vultum consputum, & omnipotens Deus hunc miserum condemnatum supremum viuorum ac mortuorum iudicem constituit: *Pater omne iudicium dedit filio*, ait Ioannes. Ego vero iam aliam triumphi huius causam commemorare pergam.

Ioan. 5.

Altera ascensionis Dominicæ ratio.

Secunda ob quam Saluator cœlos conscendit, causa fuit, nobis ut aditū refereret, viam patefaceret, nosque ad illius exemplum eodem conscendere possimus. Hanc autem rationem è sancti Pauli verbis elicio, qui sepius in epistolis suis ita argumentatur: Si Christus resurrexit, ergo & nos resurgemus; quod autē ille de resurrectione, quid obstat quo minus ipse de resurrectione dicam, Christus in cœlum conscendit ut nos eodem ad illius exemplum conscendamus. Eandem rationem assignat S. Leo Papa, *Christi ascensio nostra est pronectio, & quo processit gloria capitis, eo vocatur & spes corporis.*

Serm. 1. de Ascens.

V.

Egregium è sancti huius Pontificis verbis conceptum elicio, scilicet, si corpus alicuius hominis scite proportionatum sit, & debita dimensione constet, capite per foramen ali quod transeunte, reliquum corpus etiā transiturum. At si gibbosum sit, si stomachus tu meat, si venter obescit, aut caput etiam nimis exile locum hoc non habere; proportio siquidē necessaria est. Caput nostrum Christus est, *ipsum dedit caput super omnes*, ait ad Ephesios Apostolus: & alibi, *ipse est caput corporis Ecclesiæ*. Ecclesia enim corpus est & nos illius mēbra, *Vos estis corpus Christi, & membra de membro*, ait idem Apostolus. Cum igitur hodie gloriosum caput cœlos penetrauerit, credendum & sperandum est, nos eodem etiam peruenturos, cum illius simus membra, modo capiti proportionaliter respōdeamus,

Ephes. 1.

Col. 1.

1. Cor. 12.

absint modo à nobis superbiæ tubera, ambitionis tumor, & gulæ grossities.

Si quando magna nauium classis ventis, & tempestatibus agitata de salute desperat, aliā tamen nauim portum subire cōspicit, ceteræ spem concipiunt eodem pertingendi. Si quis miles ducem explicatis vexillis murum hostilem videt conscendere, animum sumit, & facta tormento via eodem percurrere satagit, breui se urbē ingressurum sperans. Mundus hic auditores mare est, Ecclesia classis, nos vero nauiculæ, at quæ quotidie in naufragii periculo versemur, sed cum hodie nauem illam regiam humanitatis Iesu Christi ad cœlum, quod salutis portus est, peruenire videamus, spem & animum concipere debemus, eodem nos aliquando post illum peruenturos, mundus hic etiam merum bellum est, nos illius milites, Christus Dux noster; Mundus cum vero hodie illum regio crucis suæ vexillo explicato cœlorū mœnia vallumq; transcendere videamus, hoc addere nobis animū debet ad conflictum, & eodem nobis ingressuros, quo caput nostrum transire & ingredi potuit: *Regnum enim cœlorum sim patitur, & violenti rapiunt illud.*

Arca Testamenti populum semper ad iter patefaciendū, & Iordanis fluentia peruadanda præcedebat, quo reliqui tutius ac securius in terram promissionis tendentes sequerentur: *Ecce arca fœderis Domini omnis terra antecedit vos per Iordanem.*

Mundus bellum est.

Ioan. 1.

Admirabilis hæc arca allegorice sacre humanitatis Iesu Christi figura erat, quæ cum nos, qui Ecclesiæ agmen constituimus, per vndas & fluctus torrentis passionis præcessit, atque hodie etiam recta in cœlum, quæ terra promissionis, præcedat, credere haud dubie oportet, non ob aliam id fieri causam, quam ut aditum patefaciat, nosque ad sequendum inuitet.

Cerui fluuium aliquem, aut sinum marinum tranaturi, referentibus Plinio, & D. Augustino in libris de ciuitate Dei; quo ad Insulas perueniant, pro more habent, ut validissimus & generosissimus in aquas se coniiciat, impetum fluctuum aduerso pectore perfracturus, atque cæteris ducis & ductoris.

VICI.

vice futurus; tum secundus prioris tergo ramorum cornuum pondus imponit, ac secundi tertius, ac tertii quartus, atque ita prioris conductu ceteri omnes longa serie flumen perumpuat, & in aduersam ripam perueniunt.

O egregium & materiae meae accommodum conceptum! mundus hic mare est, caeli vero Insula fortunata, nos vero timidi cerui: mare hoc traiciendum erat, quo ad beatorum

Christus regionem pertingeremus; ecce Christus velut ceruus primarius, & quo nullus unquam in

Psal. 44. mundo validior (de quo dicitur. *Quae admodum desiderat ceruus ad fontes aquarum.* & alibi:

Cant. 3. Assimilare caprea, hinnuloq; ceruorum.) qui se

iam a longo tempore in passionis oceanum coniecit, per medios fluctus mortis perumpens, aerem hodie magis ac magis accedit, elementa transgreditur, planetas transcendit, & ad Patris dextram residet; huic proxime incubuit Adamus, Adamo Abraham, Abrahæ Isaac, Isaac Iacob, Iacobo Ioseph, Iosepho Moyles, David Moyse, & sic de ceteris, atq; omnes seriatim, qui Christi velut capitis, ducisq; adminiculo ad beatitudinem pertingunt.

Ephes. 4. Audite quo pacto Paulus hoc describat: *Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem:* quasi diceret, Christus cum ad caelos ascendit, ceteros Patriarchas secum fecit ascendere: utque triumphum suum magis condecoraret, omnibus Patribus, quos limbo eduxerat, stipari voluit.

Naturalium rerum scriptores tradunt pantheram, praestans & maculosum animal, cum spelæo egreditur, & in apertum aera prodit, tam gratum odore spargere; cetera ut ferae in aridis desertis eandem non vocatam sequantur. Num hoc vere ita se habeat ignoro, scio tamen Christum pantherae per similem esse egregium, insignem, variisq; coloribus respersum, utpote qui Deus simul & homo; atque hodierna die deserto mundi egrellum & caelestes agros peragrante tam iucundos & gratos odores emittere, cetera ut creaturae Patres inquam veteres, sepulchris suis egredi, limbum, carcerem, imo mundum deserere cogantur, eumque ad caelos usque assiduo cursu sequi. Audite ut ad conceptum nostrum et-

iam Salomon alludat: *Curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

Solet succinum, ut docent Philosophi naturales pro naturae suae proprietate, paleas & festucas à terra sursum sustollere. Quod materiae meae adaptando, dico Christum lapidem esse; ita enim illum Paulus nuncupat: *Petra autem erat Christus;* & *Lapis quem reprobarunt aedificantes, hic factus est in caput anguli.* Sed lapidem (succinum, nos vero festucas & paleas, & stramen (*Omni caro fenum*)) lapis hic hodie in caelum sublatus omnium sanctorum Patrum chorum ad se trahit, atq; à terra sursum eleuat. Audite quid hic dicat Apostolus, *Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem.* Quin & ipse Dominus apud Ioannem praedixerat, *Ego si exiliatus fuero à terra, & quomodo in crucem, in aerem, omnia ultra elementa, in caelum ad dexteram Patris: Omnia traham post me.* Quid quæso trahet? corda, voluntates, corpora, animas, magnos & paruos Reges, Philosophos, Hebraeos, Gentiles, diuites & pauperes, denique omnia.

Et quoniam de electo & succino mentio incidit, ut conceptus meos in sacris litteris fundatos asseram, dico, virum illum, qui nubiis quadriga volans Ezechieli visus est ex electo fuisse, quod metalli species est auro argentoque intermixtos, *De medio ignis quasi electi species.* Iesu Christi hic sine dubio persona denotabatur, quae à duobus constat naturis, humana simul & diuina sine vlla confusione tamen aut mixtione: dicunt autem nonnulli electrum idem esse quod succinum: quod si ita sit, satis hoc apte proposita conuerit materia. Succinum enim, ut paulo ante diximus, festucas & minuta quaeque attrahit, ac supra terram extollit: Christus autem hodie idem omnino fecisse comperitur, hominem (quem Iob festuca comparat dicens, *Stimulam siccam persequeris*) in caelum sustollendo, & tantam hominum multitudinem secum educendo. Quod tantopere Reges olim & Prophetae exoptauerant, dum tot abhinc seculis clamauerant, *Exurge Domine in praeccepto, quod mandasti, & synagoga populorum circumdabit te, & propter hoc in altum regredere,*

O diem felicē! ō triumphum vere gloriosum! *Beati oculi, ō Angeli, qui videtis, quae vos videtis!* hodie igitur in caelo, non sine admiratione cunctorum Angelorum resonat Propheticum illud acroama, *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis* Hodie magnus ille & supremus viuentium & mortuorum iudex institutus est: *Pater omne iudicium dedit filio*, hodie filius hominis Rex declaratus est, & super omnes mundi Reges constitutus, *Et ego primogenitum p. nam illum, excelsum pra Regibus terra.*

Psal. 109.

Ioan. 5.

Psal. 88.

Dicit à Christo Apostolis in discessu.

Hodie, miseri & pscripti exules, ab exilio reuocamini: hodie in patriā redeundi libera vobis cōceditur facultas. Hodie captiui, veteres ferrei, & portē aheneae carceris vestri cōfringuntur, *Dirupit portas aereae, & velles ferreos con. regis* Hodie, peccatores, aeternae caeli fores referantur: & acclamantes audiuntur Angeli, *Attollite portas Principes vestras, & eleuamini porta aeternales.* Hodie eiectus, armat⁹ ille Cherubinus, qui ad ianuam paradisi terrestri collocatus erat, fugatur, & clauis illius S. Petro committuntur.

Hodie quoque, sancti Apostoli, Dominus ac magister vester vobis supremum valedicit. Ecquae vobis, antequam hinc digrede retur, locutus est? quos epilogos, quas doctrinae recapitulationes, quae documenta, quae praeccepta tradidit, & quomodo vos cōsolatus? quid non de futuro Euangelij & Ecclesiae successu aperuit? Quomodo persecutiones Iudaeorum, feritatem tyrannorum, & haereticorum nequitiam praemonuit? Hodie per vniuersum vos terrarum orbem destinavit, suam vt doctrinam annuntiaretis: illiusque mirabilia diuulgaretis, hodie vobis, idque vltimo, praedixit Iudaeam breui euertendam, gentiles conuertendos, omnes Monarchias in nihilum redigendas & crucifixum ab oriente in occidentem regnaturum.

Hic sc. triumphus Iesu Christi est, paucis comprehensus: hoc admirabile ascensionis mysterium est. Exultate igitur, Christiani Auditores, cum Angelis, & canite, vestraque cantica cum caelestibus canticis coniungite, *Psalite Deo nostro psallite Regi nostro, psallite sapienter.* *Quid nisi ascendit enira Deus in iubilo,* *Bessai tom. 3. De Sanctis.*

Psal. 48.

Ō Dominus in voce tubae: vt Deus ab Angelis cum iubilo exceptus est, velut homo, in voce tubarum. Hoc ipsum imitamini terrae incolae, corda vestra iubilent & cantica exultationis depromant, linguae vero buccinarum clangore perstreant.

Adhuc cōijcite oculos in illum, qui hodie in sublime ascendit, illius viam & progressum cōsiderate, attendite iter quod ad caelum ducit: *Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes caelos.* Prius enim descendamus oportet, quam ascendamus, nosq; illius exemplo dimittamus, si in sublimia habitacula admitti velimus. Atqui vbi videritis, illum ad dextram Patris cōsidentem, videte quantum mutatus ab illo: notate rerum vicissitudinem: videte dolorum & iniuriarum finem: qui iam nuper tot supplicia, tot calumnias, tot iniurias perpeffus erat, quique tam infami in monte Caluariae morte expirarat, hodie Deo Patri omnipotenti proximus, ad Aeterni dextram cōsident, super omnes creaturas euectus.

O diem mirabilibus plenum! ō triumphum vere regium! Ah mundi Saluator Christe, qui humilitate tua (alia vt interim taceam) ad tam spectabilem adeoque dignum locum euehi meruisti, fac obsecro, vt eadem nos virtus eodem deducat, scimus enim superbia animas in tartarū detrudi, humilitate vero in caelum sustolli. Quapropter ab hoc nos vitio libera, & diuinam illam e contra virtutem concede. Cumque hodie ad caelum ascendas, ipsum nobis aperias, viamque ingrediendi sternas, ac gratiam praesta, vt eodem etiam pertingamus, teque tandem sequi valeamus. Verum interea dum hoc expectamus, gratiam nobis tuam commuaica, nostri recordare, & liberalem & magnificum ob hunc ascensum te impofterum exhibe, solent enim Imperatores & Reges terrae in die coronationis, & aditionis mos in coronationis suamque liberalitatem patefacere, tu vero suae die hodie Rex Regum corona gloriae redimitus es, hodie amplissimi caelorum regni possessiones adire cōpisti: gratiarum igitur tuarum munificentiam declara, beneficium te erga subditos, qui legitimae tuae creaturae su-

B b mus

mus, exhibe, commissa iam olim benignus dimitte, in futurum benedictionem nobis tuam impertire, vt tandem aliquando ad locum, vbi tu in felicitate æterna regnas, peruenire mereamur: ad quam nos Pater, & Filius, & Spiritus sanctus deducere dignentur, Amen.

IN FESTO INVENTIO NIS S. CRVCIS.

Partitio.

1. *Messia aduentus pacificus, non bellicosus.*
2. *De S. Crucis figuracione, deque triplici cruce.*
3. *De titulis à SS. Patribus petitis.*
4. *Serpentis in deserto exaltatio cruci conueniens.*
5. *De Christo crucifixo, & miraculum factus multis.*
6. *De S. Crucis virtute & efficacia, & à quo primum inuenta.*
7. *Historia inuentiois, & cur sic festiuitas appellata.*

Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis,
Ioan. 3.

FIGVRA.

1. Mach. 1.

Inigne sane prodigium, ac non minor fuit Israelitici populi, è Persica captiuitate redeūtis, lætitia, cum profundo è puteo sacrum educi ignem illum vidit, quem ante captiuitatem ibidem maiores defoderant. At longe maior Christianorum stupor sit & lætitia oportet, gloriosam Christi crucem tot annorum spatio in subterraneis fossis delitescentem, post tot sæcula euoluta prodigiose erui, & in apertum proferri. Nehemias summus sacerdos ignem detexit, Helena Imperatrix crucem inuenit. Statui ipse mecum hac matutina hora omnem rei seriem exponere, & mysterium latius deducere. Sed primo ad

Spiritus paraleti opem conuertamur, quo plenã rei notitiam cõsequamur, & ad Deiparam Virginem, suis vt ipsa nobis adsit suffragiis, atq; idcirco genibus humi defixis, & animis sursum libratis, Angelicam illi salutationem recitemus.

AVE MARIA.

Sacra Bibliorum volumina, in quib. mille propemodum locis, & nusquam non Messias vt sua nobis aduentus promittitur, vt plurimum enim velut generosum ducem & validum bellatorem repræsentant, sed cui cū potentibus & bellacibus sit aduersarijs acerrim⁹ conflictus subeundus, & præclara de ijs referenda victoria. Ita cum depingit regius Prophetæ dicēs: *Dominus fortis & potens, Dominus potens in: ratio.* Alio vero loco vota illi preceque suas offerēs, inuitat eū, vt in inimicos irruat, prælium ineat, & agmen in aciem producat: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, sagitta tua acuta, populi sub te cadent, eosq; sub iugum mittes.* Psal. 23. Psal. 44.

Isaias eum vt Regem victoriam de inimicis relata triumphantem, prælijs assuctum, bellandi peritissimum & sanguineis tinctum vestibus, quæ fortitudinis eius sint notæ & animi generosi indicia, spectandum exhibet, admiransque ait: *Quis est iste qui venit de Ed. m. cinis & estibus de Bosra? quare rugineo probrum est vestimentum tuum, & veimenta tua sicut calcantium in torculari?* Hoc eschemate eum vt bellacem, vt generosum pugilem, & nonnisi victorias spirantem depingit. Iudæorum de Messianæ.

Cæci Iudæi, & ad litteram crasse hæc Prophetæ verba exponentes, oculis animi velatis, & corde stupore & malitia pleno, Messiam belligeratum fingunt, armis quoque illustrem futurum, militem conscripturum, signa militaria prolaturum, tubas inflaturum, acies instructurum, conflictus initurum, agros & vrbes cæcorum hostium sanguine rubricaturum. Sed non hoc Prophetæ modo intelligendus, nec Messias, quem Prophetæ prædixerunt, bellax futurus, & nonnisi bella, sanguinem, cædes & conflictus militares spirantem.

IASC